

AUSPICE JEHOVAH!  
DISPUTATIO INAUGURALIS

*De*

*64.*

# SACRIS, Antiquorum Hyperboreorum,

*Quam*  
VENIA AMPLISS. FACULT. PHI-  
LOS. IN ILLUSTRI ACADEMIA  
AURANA,

SUB PRÆSIDIO

*ADMODUM REVERENDI & CELEBER*

Dn. Mag. TORSTAN.  
R U D E E N.

Pöes. Profess. Reg. & Ordin.

*PRO*

GRADU MAGISTERII

*Eruditorum & Cordatorum Examini eâ, quâ parte,  
Reverentia submissit,*

NICOLAUS HAHN

In Æde Musarum Maximâ horis ante meri-  
diem solitis, die 26. Novemb. A. 1703.

ABOË, EXCH. JOH. WINTERI Reg. Typ.

*Printed in 1703. by J. Winter. C. 1703.*

ИСТИННОЕ ПОСЛАНИЕ  
ДЛЯ СВЯТОГО НАУКА  
ОБЩЕСТВУ ИСЛАМА

САДЫК  
ПОСЛАНИЕ  
ДЛЯ СВЯТОГО НАУКА



# CAPUT I.

## §. I.



Aiores nostri , tam  
multis famosis in tot  
terratum regna ex-  
peditionibus cruen-  
tisque bellis , summo  
cum aliorum horro-  
re & admiratione ge-  
stis , incluti , plerisq;

& Antiquis & recentioribus Historicis an-  
sam de se scribendi dederunt , adeo ut Ce-  
leberrimum hocce Regnum Sveo - Go-  
thicum illorum vigiliis nec non laboribus  
ad tancum laudis honorisque pervenerit  
fastigium , quantum ceteræ Orbis gentes  
paucæ attingere potuere . Testantur hoc  
frequentes illæ emigrationes e patrio so-  
lo in florentissima hodie Europæ & Asiac  
regna , quæ strenua fortitudine , invicta-  
que manu , suæ fecerunt ditionis . Ille  
domestica taceamus testimonia ; invictissi-  
mos illorum animos adstruentia , exte-

forum audiamus iudicia laudumque encomia, sic enim de antiquissimis Arctoæ plagiæ incolis Orosius antiquit. Libr. I. cap. 61. Getæ, qui & nunc Gothi, hos Alexander vitavit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiam declinavit. Cornel. Tacitus de moribus Germanorum fol. 137. Sitionum eivitates, præter arma virosque classibus valent. Si ab amplissimo & opulentissimo regno Sveo-Gothico, mare Balticum ad magnum ducatum Finlandiæ transeamus, hunc etiam antiquorum testimoniis elucescere videbimus. Idem enim in opere de mor. Germanor. ait, *Fennis mira feritas, sola in sagittis spes.* Saxo Grammaticus qui quam maxime in laudanda Patria sua, scilicet Dania, intentus fuit, non potuit, quin debitam Fenni tribueret laudem, sic enim in Histor. sua Danica alicubi dicit: *Fenni ultimi septentrionis populi, acer iisdem est telorum usus: non alia gens, promptiori jaculandi peritia fungitur.* Nec ulla hodie gens est, quæ certiora habet altioraque lux fortitudinis & antiquitatis documenta, quam Regnum Sveo-Gothicum in universum sum-

tum, proit hodie Clementissimo & Invictissimo Nostro parot Regi. Terribiles itaque & antiquas Actioi soli gentes, horribiliaque illarum facta, accusatori mecum dum agitavi mente, argumentum quodpiam, jam censuræ Caudidi & Benevoli Lectoris subjectum, parvum licet leveque, illorum, quorum interest venia, de Cultu Divino sacrisque ritibus antiquorum Sveo-Gothorum Finnorumque conscribere volui. Sed antequam stilum ulterius promoveo, pauca de vetustate & origine illorum praemittere opus est.

## §. II.

Certum est ex interpretatione antiquissimorum Historicorum & Geographorum progeniem Japheti & Magogi occusse regiones Europæ septentrionales & occidentales. Quod Isidorus circa Cronici sui principium innuit: *Gothorum esse regnum certum est, quod ex regno Scytharum ortum est.* Idem alibi, *Gothorum antiquissimam esse gentem, certum est, quorum originem, quidam de Magog*

Japheti filio sufficantur. Ericus Upsalensis lib: 1. hist. Svecan. pag. 6. Egressæ de Scythia quondam gentes, stirpis & posteritatis Japheti, & hanc regionem ingressæ Scythiam eam nominarunt, tanquam dignam Patriæ primitivæ vocabulo, & processu temporis Sveciam appellaron. Unde & qua occasione primitiva majorum nostrum Patria, Scythia vocata sit paucis iudicia Celeberrimorum Virorum & de re literaria egregie meritorum audiamus. Beat. Johan. Baazius Episcopus Wexionens. in suo Inventar. Eccles. Sveo-Goth. libr. 1. pag. 20. de vocabulo Scythiae hæc habet: Dicimus ergo Scythes invenisse nomen lingua Gotborum à peritia jaculandi, seu emittendi sagittas, quam Gothi haud minimam in militia declarant. Vocant enim Gothi jaculum Skott/ & sagittarium Skytte/ hinc jaculari Skuita/ atque sic ob insignem celeritatem & peritiam in hac arte jaculandi Scythe seu Skytte appellati sunt. Translator Joh. Messen: Specul. Svet. Christoph. Laur: ex errore, Scythiam Sveciam vocatam fuisse dicit, sic enim. Eh thet Land som

som i begynnelsen kallades Scythia,  
 blef på thet sidsta Sverige kallat /  
 Hvilken willfarelse här af beshunerli-  
 gen förorsakat är / att Scythia och Sve-  
 cia haswa uthi den äldsta Göthiska  
 Styl eendels med lika Bookstäfwer  
 skrefne warit. h. e. *Regio enim, quæ ab*  
*initio Scythia, denique Svecia nomine ve-*  
*nit, qui error hinc præcipue ortum du-*  
*cit, quia Scythia & Svecia antiquissimo*  
*Gotborū charactere iisdem literis scribeban-*  
*tur. Ut cunque de hac Messenii sit senten-*  
*tia, attamen convenientior Baazii videtur*  
**Gnor.** Sturl. qui ante annos quadrin-  
 gentos quadraginta tres vixisse putatur,  
 expressè Sveciam Scythiam nominat ia  
 Cron. Reg. Norveg, indicans majorem  
 in Asia Scythiam ita fuisse ab hac Euro-  
 pæa distinctam, ut illam majorem anti-  
 quis Sveo-Gothi Gudhem / vel Gudar-  
 nas hem / id est *domicilium Deorum*, hauc  
 verò interiorem Europæam Man hem /  
 id est *domicilium Virorum* vocarent, vel  
 ut Celeberrimus Beat. Olav. Rudbeck.  
 Manheim / perinde si vel Manheim vel  
 Manheim vocetur, cum ambo vocabu-

la probari, sive quoque modo loquendi pronunciari possint. Petrus Trecensis in rudim. novit. pag. 90. Sveciam etiam Scythiam nominat, sic enim, *Svecia inter amplas Scythiae provincias annumentanda venit.* Propter hanc Scythiae late diffusam amplitudinem, Ammon. Marcell. libr. 30 dixit, *Scythiae solitudines immensum extensa sunt.*

## §. III.

**A**ntiquitatem hujus gentis hisce delineat verbis Cosmographus, inter antiquos non spernendus, Pomponius Melia, libr. I. *Gentium prima est Scythia, in Septentrionem diversis frontibus vergit.* Nec suo deesse voluit testimonio, M. Cato in fragment. 2. *Principatus originis semper Scythis tribuitur, à quibus auctis, colonias per orbem missas ferunt.* Si in ipsam linguam Sveo-Gothicam penitus inquiramus, facile sane probatur, antiquissimos esse progenitores nostros, qui linguam genusque suum à primis Patribus, in ipsa divisione linguarum superstibus, traxerunt. Quanquam suam permansisse cuiusque linguae originalis proprie-

prietatem sciimus post dispersionem gentium & linguarum partitionem circa destructionem turris Babelicæ, tamen id idioma antiquissimum meretur dici, quod ad linguam primitivam & idioma sanctissimum proprius accedit. In nostri Sveo-Gothici sermonis vetustatem si inquiremus, licet quidem, ut ex historiis Sveo-Gothorum patet, plurima pars vocum antiquissimarum cum scriptura Runica perierit, ex reliquiis tamen hodie usitatis, intelligitur linguam Gothicam, proxime affinem & cognatam fuisse linguæ Hebrææ, adeo ut multæ voces, in utraque lingua æqualem sonum, eandem etiam significationem habeant. Proinde in lingua nostra verum evadit quod ait Augustin. pag. 168. *Videmus aliquantas linguas, nonnulla etiam verba Hebrææ similima babere.* Scilicet id est, quod suo illustrat testimonio Aringr. Jon. in histor. Island. capit. 5. & Lazius de Germanis libr. 2. nec non præteriti Seculi Episcopus Wexionens. Celeber. Johan. Baaz. in suo Invent: Eccles. Sveo-Goth. qui inter omnes intimius & clarius ad captum

singulorum ostendit affinitatem linguæ Hebrææ cum Sveo-Gothicâ, non solum in pronunciatione sed & in ipsâ significacione, quo lectors missos habere volo, cum mei non sit instituti ratio, tam longè à viâ decedere. Habuit ergo populus Sveo-Gothicus propriam suam dialectum, & linguam ab Hebræâ aliquatenus differentem, post divisionem lingvarum Babelicam, quod sanè ipsa physiologia linguæque Gothicæ idioma discide ostendit.

### §. IIII.

**A**ntiquitas & vetustas Sveo-Gothorum ulterius ex usu linguæ antiquissimo probatur, qui ad vicinas nationes & Regna, cum prima fere illarum Terrarum habitatione promanavit, quæ Regiones adhuc dialecto saltem distinctam linguam Gothicam retinent, ut sunt proximi nostri ad plagam Australēm vicini, Dani nimirum, nec non ab Occidente Norvegi, quorum lingua eadem cum nostra antiqua Sveo-Gothica est. Ulterius si ad magnam illam regimini Danorum

sub-

subjectam insulam Islandiam in Oceano  
 Deucaledonio sitam transeamus, illorum  
 etiam incolas eadem cum antiqua Go-  
 thicâ linguâ uti audiemus. Quod Ger-  
 hard, Mercat. in Atl. Maj. folio 45. re-  
 fert, dicit enim Islandiam in quatuor  
 partes divisam distinctamque esse, quas  
 incolæ nominant, Austlendinga fiord-  
 dung / West fiordung / Norlendinga  
 fiordung / Sypdlendinga fiordung /  
 quis non novit hanc insulae divisiones,  
 in sua nomina esse mere Gothicas. Arn-  
 Grim. etiam capit. 3. histor. Islandor.  
 dicit, veteri Gothicaque lingua *integra*,  
*soli nunc utuntur Islandi.* Unde Jor-  
 nandes fol. 1089. Scandiam multarum  
 genitricem Gentium *Evaginam nationum*  
 nominat.

## S. V.

V Eustatem Sveo-Gothorum eâ, quâ po-  
 tui brevitate, candidæ tuæ censuræ  
 Benevole Lector subjeci, ordo itaque  
 requirit, ut Magni Nostri Ducatus Fin-  
 landiæ antiquitatem, quantum judicia li-  
 teratorum suppeditant ostendamus. Va-

riis regio hæcce aquilonaris ab antiquis  
 insignita fuit nominibus, ab Olao Ma-  
 gno pars quædam hujus Ducatus *Biarmia*  
 auditur, quam in ulteriorem & citerio-  
 rem dividit. Ubi jam temporis *Biarmia*  
 illa sit, ex antea nominati Olai Magni  
 historiâ septentrionali ( si Scriptori illi sit  
 habenda fides ) liquet, quæ enim ulteri-  
 or ab illo auditur *Biarmia*, illam inac-  
 cessam fere profundissimis nivibus iter  
 impedientibus, hanc autem citeriorem  
 fluminibus & pascuis lætiorem ait: ex quâ  
 ipsius divisione, per ulteriorem illum in-  
 nuisse Lappiam seu Lapponiam, per citer-  
 iorem vero Bothniam Septentrionalem  
 elucescit, hæ enim pascuorum feracissimæ  
 sunt, lætiori etiam coeli gaudent facie, quâ  
 incolæ ulterioris Biarmiæ. Adhuc apud e-  
 undem *Scric Finniæ* habetur mentio, hu-  
 jus incolæ Jornandi capit. 3. de rebus Ge-  
 niciis *Cre Fenniæ* appellantur. Paulus  
 Varnefrid. Libr. I. Cap. 5. *Scritobinos* vo-  
 cat. Procopio libr. 2. *ScritoFinni* dicun-  
 tur. Jornandem in denominatione hu-  
 jus gentis non adeo accuratum fuisse,  
 cuilibet patet, nullo enim valido argu-  
 mento probatum hucusque fuit, qua oc-  
 casio-

catione *CreFennæ* appellantur, quod etiam suo dum vixit ævo, Celeberrimus antiquitatum Professor Olaus Verelius in annotationibus ad *Herrauds & Rose Sag.* insigniter refutavit. Nec adeo congruæ Procopii & Varnefridi appellationes videntur, attamen aliquo modo conciliari possunt, cum per *Scritobinos*, eos qui divaricatis cruris incedunt intelligimus. Idem citat. loc. rectiori autem illi incedunt via, qui *SkidFinnos* dicunt, à planis illis ligneis instar arcuum in anteriore parte curvatis, quibus in venando tempore hyberno utuntur: Svet. *Skjðor* vocantur. Hodie obsoleta hæcce nomina sunt, & sub nomine *Finlandia* seu *Finniæ* tota hæc pars Septentrionalis venit. Inter Historicos & antiquiores & recentiores non defuerunt, qui Ducatum hunc (nescio an vocabulo satis apto:) *Fenningiam*, indeque incolas *Fenningas* seu *Fennos* vocarunt. De his Cornelius Tacitus in fine orper: de moribus German. *Securi adversus homines Fenni*, *securi adversus Deos*. hæc ipsius exclamatio licet non directe anti-

antiquitatem Finnorum ostendat, cuiq;  
tamen liquet gentem hanc per multa se-  
cula ante floruisse, cum tunc etiam clা-  
ritas ejus innotuerit. Ptolemæus et-  
iam in descriptione Sarmatiæ, Finno-  
rum facit mentionem. Ulterius antiquitas  
Finnorum manifesta evadit, si occasionem  
causamque ædificationis urbis Sigtunæ  
examinemus. Petrus enim Upsaliensis  
in Cron. Reg. Svec. Sigtunam à Rege Sig-  
gone in ordine quinto, contra incursus  
Finnorum erectam fuisse, ait, quam et-  
iam urbem, tandem spe sapientia frustrata,  
forti occuparunt manu, terribilique  
& deformi desolarunt incendio. Anti-  
quitatem etiam Origo linguae Finnicæ  
quam maxime adstruit, quæ eodem affi-  
nitatis vinculo ac lingua SveoGothica cum  
ipsa originali conjuncta est, per plurimæ e-  
nīm voces Finnicæ non tantum pro-  
nunciatione, sed etiam significatione  
cum lingua sancta conveniunt, quod  
haud raro Philologos Celeberrimi no-  
stri Lycæi proponere audivi, nec non  
è discurso quodam Inaugurali, de conve-  
nientia linguae Hebraicæ & Finnicæ, et-

iam in Academia Aurana habito. Ex hisce jam allatis testimoiiis, Finlandiam cum Sveciâ de antiquitate contendere videmus, sed Johan. Magn. adeamus, qui Finlandiam antiquiorem Sveciâ, priusque inhabitatam afferit. de Magogo enim in historiâ Sveo-Gothicâ sic profert: *Magogus Scythiae Gentis Pater erat & conditor, primumque in eâ Europæ Scythiae parte, quæ nunc Finlandia vocatur, imperabat.* Item Celeberr. Loccenium in Antiquit. Sveo-Goth. cap. 1. pag. 2. *Scythæ autem & qui ex illis Sveones, Getæ aut Gothi, ex Asia primum in Europam progressi, atque inde suo tempore in Scandinaviam progressi creduntur.* Si in aliqua Europæ parte primum substiterint utique in illo Europæ tractu, qui Finlandia jam vocatur, ut Beat. Olav. Rudbeck. multis rationibus in Atlant. Tom. I. haud inconvenienter afferere voluit.

## CAPUT II.

### §. I.

**B**reviter hinc antiquitatem Sveo-Gothorum

thorum Finnorumq; ex antiquorum mo-  
numentis, Benevole Lector, habes. Jam  
Deorum aliorumque Rituum sacrorum  
ratis nobis examinanda occurrit. Pri-  
mo itaque ipsum consideremus locum,  
ubi horribilis & immanis populorum Se-  
ptentrionaliū Idololatria quam maximè vi-  
guit. Fuit is antiquissima illa totius Im-  
peri Sveo Gothici Urbs Upsala , ubi  
splendidissimum illud innumerisque do-  
nis auctum Templum conspiciebatur,  
Olaus Magn. histor. Septentr. libr. 3.  
cap. 5. de magnifico hoc Templo dicit,  
quod nihil in ejus parietibus, laquearibus  
aut columnis, nisi auro splendidum vide-  
retur. Author Cronicī Riemici de tem-  
plo hoc sic loquitur : Ett fôrgylt Môn-  
ster på Domfirczin Bårg war / i Up-  
sala ther nya Domfirczia star. Tem-  
plum inauratum in colle erat, ubi nunc  
Upsalia novum est Templum Cathedrale.  
Plato etiam de ornatu hujos Templi lo-  
quitur : Exteriores porro Templi partes  
argento induxerunt, præter fastigia, que  
auro illita emicabant, intus autem laque-  
aria tota eburnea, auro, argento, orichal-

eo celata conspiciebantur. Cum Platōne  
 facit Edda, Mythol. 15. Attini domus ex  
 puro fuerat argento. Adamus Bremens.  
 qui fortè proximo tempore antequam hoc  
 Templum ab Ingone Rege exurebatur,  
 vixit, fol. 23. inquit, totum ex auro pa-  
 ratum est. Itemque Johannes Magnus  
 libr. 1. cap. 8. pag. II. Nihil (ait) in ejus  
 parietibus, laquearibus & columnis, nisi  
 aurum splendere. Et denique Wormius  
 Hvitfeld. Crantz., quos omnes diligen-  
 tissime consuluit Clariss. Scheffer. Upsal.  
 Ant. Horum omnium delineationes in-  
 ter se collatae, ostendunt Ædis hujus pa-  
 rietes, ante tempora Regis Grimi, qui  
 secundum Chronologiam nostram Anno  
 Salvatoris nostri 200. vitam egit, illud-  
 que teste Johanne Magn. libr. 4. cap. 3.  
 pag. 103. pristino ornatu suo spoliare au-  
 sus fuit. Juxta Platonis Eddæque verba  
 argento inductos fuisse parietes, post hanc  
 autem Templi ruinam usque ad Regem  
 Ingonem, qui secunda vice illud depræ-  
 datus est & subjecto igne delere tenta-  
 vit, auro coopertos discimus, adeo ut Plato  
 & Edda cæteris antiquiores, de Templi  
 ante

ante Grimum, Adamus autem aliquae;  
de Templi post Grimum instaurati or-  
natu & splendore accepti, nullo modo  
inter se pugnant sed undiquaque verum  
profiteantur. De magnitudine Templi  
Plato pag. 116, scribit, *Erat ibi Templum*  
*unius stadii longitudine & latitudine*  
*triū jugerum, altum vero, quantum*  
*longitudo & latitudo ejus postulare vide-  
batur, aspectu tamen forma barbaris.*  
Longitudo quæ hic unius stadii dicitur  
300. ulnas Sveonicas aut 600. pedes  
Romanorum ferme ex aquat, capique  
hic omnino de Templo ejusque area  
simul sumtis debent. Area vero, &  
ararum passim dispositarum, & luci in  
quo victimæ suspendebantur, puteique  
sacri in quo victimæ primum ablueban-  
tur & denique omnium in re facienda  
sacra occupatorum hominum capax erat.  
Quod figuram ædis Barbaricam vocat,  
id neminem moveat, cum primis à ca-  
taclysmo universalis ætaibus, ars lateres  
coquendi mortalibus ignota fuit, aliis  
itaque saxis rudibus contenti erant, quæ  
secundum occasionem temporis natu-  
ramque

namque loci, aliquando sola argilla, vel  
argilla arenis temperata (nam usum  
calcem preparandi non noverunt,) com-  
mittebant, unde impossibile erat solis  
saxis templum illud ornare, nisi tabula-  
tis ligneis extrinsecus affixis & auro &  
argento inductis, deformitatem illarum  
latere facerent. Ulterius si vocem hanc  
*Barbariam* accuratius & prout à Platone  
accipitur examinemus, ipsam structu-  
ram rudemque inventionem ædificandi il-  
lum intendisse videbitus, licet innume-  
ris sumtibus erectum auroque & argento,  
eo, quo ostendi modo, inductum fuit, non  
nam deformitatem quis impedire potuit,  
nam notitiam & artem angulos rite di-  
sponendi non haberunt, nec cetera,  
quæ in Architectonica civili observanda  
erant, noverunt, excusandus itaque Plato,  
quod templum illud barbarico modo stru-  
ctum dixerit.

## §. II.

**C**Atena illa surea insignem ornatum &  
claritatem celeberrimo huic templo  
attulit, de qua Johan. Magn. libr. i. pag.

II. Tectum præterea totum auro fulgebat,  
 à quo aurea catena dependens , totum  
 templum domusque fastigia cinxisse memo-  
 ratur. Crantzus antiquior catena hujus  
 testis sic ait: *Aurea catena fereur cinxisse*  
*templum ad mœnia domusque fastigia su-*  
*spensa, late rutilans accessuris.* Svanin-  
 gius catenam hanc maximi ponderis fu-  
 se. libr. 3. commentar: inquit, Adstabat etiam  
 sacri forib⁹ insignis magnitudinis ignoti⁹;  
 generis arbor, lat⁹ amplisq; diffusa ramis,  
 & state & hyeme virens. de qua arbore hunc  
 in modum Crantzus, *Arbor juxta templum*  
*stabant ingens, patulis diffusa ramis,* &  
*state & byeme juxta virens, genus ejus*  
*nemo edicere potuit.* Hinc Clarissl. Schef-  
 fer. Upsal. Antiqu. arborem hanc dolis &  
 machinis diabolicis illuc translatam fuisse  
 putat, sic enim pag. 30. *Vix dubium*  
*est, quin arce vique diabolica translata*  
*buc ea arbor sit, & in perpetuo flore*  
*conservata.* Hoc modo crudelissimus il-  
 le Draco illorum decepit corda, & ut  
 divinitatis alicujus majoribus nostris hu-  
 jusmodi superstitionibus deditis fidem fa-  
 ceret, eam perpetuō virentem servavit.

Nec

Nec dubium est, &vis antiquissimis;  
diuque ante, quam Othinus cultum suum  
in Svecia instituit, arborem illam pro  
Deo cultam fuisse. Hoc quam maxi-  
me adstruunt antiquissima Sveo-Gotho-  
rum sacra, perpetuo enim apud illos  
cultæ fuerunt arbores, etiam cum Re-  
ligio Christiana introducta esset. Ar-  
bores illos coluisse LL: veteres Uppland.  
asserunt: sic enim alicubi cultura saxe-  
rum arborumque illis interdicitur, En-  
gin stall a Lundir esset Stena troo.  
Nemo in lucos aut saxa crebat. Hac le-  
ge non opus fuisset, nisi supersticio il-  
la diabolica, altissimis plantata radici-  
bus majori vehementia videretur extir-  
panda. Fontem etiam sacris honoribus  
dicatum habuerunt Upsalenses, de quo  
Hent. Hammer. translat. Sveopent. Mes-  
senii cap. 5. pag. 27. Men sainma Men-  
niskia på hwilken Lotten föll till Of-  
fers / then skulle wara midsöndri i en  
Källa som uppran strart hoos thet  
Ruininet / på hwilcket theras Offer  
skedde. Homo quem sors sacrificio desti-

natus, vivus in fontem immigeretur, qui prope locum sacrificiis consecratum scaturivit. Hinc puteus ille Blotkälla dicitur à Blota / quod priscis Svecis sacrificare erat, à Blota sacrificare, qui sacrificia obeculit Blotman vocabatur. Unum de Templo Upsaliensi memoria dignissimum adhuc restat, lucus sacer, scilicet sacer, de quo Adamus Bremensis, *Lucus proximus est Templo, is lucus eam sacer est gentilibus, ut singulæ ejus arbores Divina credantur.* Arbores tantum Divinas dixisse non sufficit, verum etiam omnes ramos, sic enim in Cron. Vet. Sver. *Hwar then Qwist i Lundu war trodde the helig wara. Unumquemque luci ramum sacrum putârunt.* Hic lucus non tantum Odino ut quidam prætendunt, sed omnibus tribus, Thoroni, Odino & Friggæ consecratus erat. Fonte sacro immersi immediate in hunc lucum deferebantur, & in honorem Deorum suspendebantur, quod antea nominatus Sveopen. Messen. Translat. cap. 5. fol. 14. hisce ostendit verbis. *Och om samma Menniskia lät-*

latteligen upgäfwe sin Anda / ( qui sci-  
 hice fonti immergebatur ) så uthyddde  
 theras Präster thet wara ett lyckeligt  
 teckn / och blef samma Meniskia  
 straxt sådan tagen / och uthi en Lund  
 som ther hoos war / af Prästerna up-  
 hängd / then the mente helig wara /  
 och således sade thet / att samma Men-  
 skia blef straxt till Gudarna tagen.  
*Si homo ( aquæ scilicet sacrae immeritus )*  
*sine difficultate expiraret , Felix hoc esse o-*  
*men , flamines illi geniles exclamarunt ,*  
*hominemque inde declarum in loco sacro ,*  
*fonti vicino suspendebant , suspensumque*  
*directe ad domicilia Deorum abiisse dixe-*  
*runt . Ubi locus ille Sacer , puteusque*  
*fiti sunt , vide Clarissim . Scheffer Upsal .*  
*Antiqu . B . Olavum Rudbeck . Atlant .*  
*Tom . I . cap . 7 . pag . 263 . Translat . Mes-*  
*sen . Sveopent . capit . 5 . pag . 29 . 30 . Hæc*  
*de ornamentis externis Templi Uplali-*  
*ensis sufficient .*

## §. III.

**T**emplum hoc totius Orbis celeberrimi-  
 um Upsaliense , tribus maximis sa-

erum fuit Diis, Thoroni, Odino & Frig-  
 gæ, horum primus potentissimus erat,  
 qui in medio triclinio strato pulvinari  
 colebatur, ut Olaus Magn. histor. Sep-  
 tentr. lib. 3, Cap. 3, pag. 93. ostendit. A-  
 dami Bremensis de Thorone hæc  
 sunt verba: *potentissimus eorum Thor, in*  
*medio solum habet triclinium.* Crantzias  
 in descriptione Thoronis cum Adamo  
 non convenit, sic enim ait: *Potentissi-*  
*mus Thor in medio triclinio strato pulvi-*  
*nari colebatur:* Hic Crantzium non adeo  
 accurate mentem Bremensis intellexisse  
 opinor, Thoronem enim hic, solum sal-  
 rem in triclinio collocat, Odinum au-  
 rem & Friggam ab utroque latere ipsi qua-  
 si servientes. Alter vero Omnibus his-  
 ce tribus, unum tribuere videtur tricli-  
 nium, licet Thoronem in medio, loco  
 quasi honoratori collocet. Clariſſ Schef-  
 ter. Uplat. Antiqu. num triclinia fue-  
 rint, quibus statuæ collocabantur dubi-  
 tar, potius scabella & humiles quedam  
 bases (septentrionalibus enim gentibus  
 nullo modo triclinia hujus modi erant

nota) fuisse existimat, Adamumque' in respectu ad Latinorum sacra, voce hac usum fuisse.. Nec assertio hæc Scheffer. fecellit, sic enim ArnGrim. antiquit. Island. *Dii manu facti in suppedaneo seu atra quadam consistebant.* Idem adhuc specialiter de Thorone; *Der war Thor satt på en stol-eller altar.* In scabello seu suppedaneo positus erat Thor. Snor Storl. de eodem Thorone hæc affert verba: *Der war itt stort TräBillåde / som stod på en bäncke/ haud parve magnitudinis statua arborea, ibi in scabello quadam stabat.* Celeberr. antiqu. Prof. Olav. Verelius in annotationibus ad Góthr. Sag. *suppedanea* etiam vocat, in quibus collocatae fuerant statuae. Svec. hujusmodi suppedanea in Sanct. Olav. Historia fotsemil nec non fotbord appellantur. Ex hisce itaque allatis testimoniis illos steriles quam maxime liquet, posito hoc necessarium fluet consequarum, suppedanea seu scabella, quibus collocatae erant, fuisse, non autem triclinia, ut Adam. Bremensis. vult. Partes, ipsius

quis assumere posset, dicendo, si etsi  
 altior residebat, ut Johan. Magn. Olav.  
 Magn. & Ericus afferunt, non in scabellō  
 aut suppedaneo sed in triclinio positus  
 erat, ac validis argumentis prius verum  
 est, ergo & posterius. Recte quatenus  
 hic Thor reliquorū fuit superior, illorum  
 que Rex & caput salvabatur, etiam hanc  
 prærogativam præ cæteris habere debuit,  
 sedere enim prisca potestate ac imperio  
 um denotavit, hinc tamen non mox sequi-  
 tur, quod si federit, utique in triclinio sem-  
 lecto. Hoc unico Enor. Sturl. dicto, tricli-  
 nium Adami Brem. refutari potest quod  
 de Thorone in actis S. Olav. in medium  
 profert. Och sīg han der Thor Gud  
 sida pa en Stol / bland de andre Gu-  
 dar. Thoronem Deum inter alios Dees  
 ibi in sollo sedentem aspergit. Corona  
 etiam caput ipsius ornarum fuisse legi-  
 tur apud Crantzium, Thor cum corona  
 ac stellis duodecim fungebatur. In notis  
 Stephanii ad Saxonem Grammaticum  
 pag. 139. figura habetur Thoronis, ubi  
 duodecim illæ stellæ caput circumcin-  
 gere videntur. Translat. etiam Sveo-  
 pent,

pene. Messen. pag. 24. sic ait: Men Thor  
stod med en Corona och Spira/ och tolff  
Stjernor rundt om hans Hufvud. Co-  
rona sceptroque Thor ornatus & du-  
decent stellis circumcinctus stabat. Cum  
tamen contrarium Ericus Olai affe-  
rat, spud illum enim nec numerus nec  
locus stellarum cum prioribus convenit,  
sic enim Thor imagine viri nudi, dextra  
quidem sceptrum, sinistra vero septem  
stellas preferentis, insignis. Hac Erici  
de Thorone descriptione, illorum iterum  
corruere videntur assertiones Thoroni  
vestimentum tribuentes, ex figuris enim  
Stephani & Olai Magni Thoronem ve-  
stimentis induatum deprehendimus, men-  
tionem enim Ericus nudi facit viri, ut ex  
loco modo citato patet. In Chronicis  
etiam vetustis, verba quædam Erici fa-  
ventia inveniuntur. Hans liknelse war  
som itt nakott Barn och satt uppå Kar-  
la Wagnen och hadde sju - stjernorna  
i Handen. Starua ipsius infantem re-  
presentabat nudum, ursa majori seden-  
tem plejadesque manu tenentem. Discon-  
venientiam haud exiguum in hisce anti-

quorum allatis cernimus testimoniis, licet  
 cum Erico Chronicon in hoc unum  
 faciat, quantum ad plejades seu septem  
 illas stellas attinet, in aliis tamen dissen-  
 tiunt, Ericus enim etatem virilem, Chro-  
 nicon puerilem Thoroni tribuit, nec a-  
 pud priorem mentio plaustrum seu ursa  
 majoris auditur; huic itaque illorum  
 varietati correctione cum opus erat, e-  
 leganter satis & accurate illam Clariss.  
 Scheffer, Upsal. Antiqu. hisce conciliat  
 verbis. Certe plejadum vocabulum quod  
 est in usu apud Svecos, si dividatur, ser-  
 pentem notat stellas, & plaustrum sydus si-  
 vulgari notione accipias, Viri fortis si-  
 gnificat vehiculum, quod propterea in  
 Deum convenire patavit, maxime cum  
 Thoroni olim, nunc DEO vulgus tribuat  
 vehiculum, quando tonat. Nec mino-  
 rem inter se exercuerunt luctam Histo-  
 rici, sceptrum ipsius descripturi, qua-  
 les ab una parte, Translat. Svecopent.  
 Messen. Ericus Olai, Adam. Bremens.  
 multique alii fuere, Thoroni sceptrum  
 tribuentes; nec paucior ab altera parte  
 ad

adversariorum emersit numerus, coneras  
rias hisce proponentes sententias, illum-  
que non sceptro sed malleo seu clava or-  
nantes. à quibus Saxo Grammat. Histo.  
Danic. libr. 3. non abesse voluit, ita namq;  
Thor in usitate clava libratu, cuncta cly-  
peorum obstacula tacerabat. Edda Mythol.

§9 Hamnaren gaf han Thor och  
Qwad. *Malleum Thoroni cum canis*  
*porrexit.* Stephan. in not. ad Saxon.  
Grammat. Histor. Danic. malleum illum  
quem Edda Thoroni assignat, non ali-  
um, quam Thoronis apud Saxonem cla-  
vam fuisse, dicit. Nec extra pulveris  
iactum valida abest ratio, sic enim Guor  
Sturl. Der war itt stort Träbilletet/  
som stod pa en Bänk och hafde Ham-  
mer i Hande. *Magnitudinis haud sper-  
nenda statua arborea, in suppedaneo ste-  
rit malleumque manu tenuit.* Propria i-  
stius temporis lingua, malleus ille Miöl-  
ner vocabatur, quod Beatus Doct.  
Bång in hist. Ecclesiast. part. General.  
libr. 6. pag. 230. ostendit, ( licet ex Eddæ  
Mytholog. 19. suum habeat. ) Possidet  
in super Glenodia tria, malleum videlicet  
Miöl-

Miolner dictum, quem Gigantes vibratum sentiunt. Qua occasione nomen hoc Miolner adeptus est, non inconsensu antea nominati Stephan. videtur ratio, à Mylia scilicet comminuere, terere, in minima frustra redigere, inde Mioluer comminutor seu redigens aliquid in minimas parres, quod in annotatione ipsius de Diis Upsal. videre est. Ab hoc Theronis malleo procul dubio hæc antiquorum Sveo-Gothorum pullulavit superstitionem, quam malleis suis Svetic. Thoros-Hammar exercuerunt, illis enim frequenter pulsabant cœlo tonante domos, suppeditias enim Thoroni tunc ferre putarunt, contra alias Deos illorum opinione tum pugnanti, hunc morem Getikas seu Gothos è Scandia in Thraciā ingressos Herodot. observasse ait, sic enim, Dum tonas fulguratque in Cœlum sagittas emissunt.

## §. III.

Vocatur itaque ut ex antecedentibus audivimus, præcipuus hic Upsaliæ Deus Ther, cui horribilia ut & aliis Diis immo-

immolarunt sacrificia. Nomen Thorænis natales suos unde dicit, varie differunt Historici, plerique à Tordōn Tonitrus derivant, cum tamen iniqua Thoroni hæc videatur derivatio, nam potius à Thor Tordōn venire censendum est, cum tonitrua & fulmina cedere putabatur, quod Wormius Fastor. libr. I: cap. 15. innuit. Quia hoc Idolum fulminibus & tonitruis praesse fingeabant, & Brontæon statuebant, hinc ab eo Tordōn / quod Cimbri Torren pronunciante & tonitu notat. Hinc dum tonitru auditur, Thor bullrat h.e. Thor strepit dicimus. Nec solum fulminibus praesse, serenitatem etiam, auram secundam, pluvias, ubertatemque terræ & latas segetes proferre antiqui crediderunt Adam. Bermens. Thor, inquiunt, presidet in ære, qui tonitrua, fulmina, ventos imbresque, serena & fruges gubernat. Cujus ætatis Thor & quo tempore cultus ejus in Svecia initia sua accepit, difficile videtur definire, cum Auctores in Chron'ogia ipsius non convenient, sed quæ Chronologi, tot etiam Chro-

nologiaz suppurationes. Nec unum sedit  
per habuit nomen, *Tara* enim *Turo*,  
*Tyr*, *Torr*, & multis auditur. Wormius  
libr. 2. Mon. pag. 127. *Tburum* nominat,  
nec non Dud. de S. Quint. de sacrifici-  
eis *Danorum*, quæ eodem ac *Svecorum*  
peragebantur modo, & *Svecis* enim  
*Dani* ritus sacrificandi Deosque colendi  
acceperunt. Sacrificabant olim veneran-  
des *Thur* Dominum suum. Apud Snor  
E tur. pag. 7. nomen *Thoronis* cum  
duplicato R. hisce invenimus verbis,  
*De nafne* och deris hörn eftter deris  
*Nafni* / som aff *Thorr* / *Thord* / och  
*There* och *Thotard*. Liberis quoque  
suis ipsorum (intellige Deorum) da-  
bant nomina, ut & *Thorr*, *Thord* & *Tho-*  
*re* & *Thotard*. *Tbaranis* apud Vossium  
Idololatt. libr. 1. cap. 35. Thor dicitur.  
Grotius in prolegomenis ad Procopii Hi-  
stor. Gothor. Longobard. & Vandal. an-  
tiquos Germanos *Thotonem* *Thorn* vo-  
casse ait. Primum Anni mensem Janu-  
arium nobis *ThorsMånad* illi conse-  
crarunt, & secundum nomen ipsius ap-  
pellarunt, *ThorsMånad* enim mensem  
*Thoa-*

Thoronis significat. Diem etiam quavis septimana sibi sacrum habuit, Torsdag/ diem Jovis à Romanis vocatum, hunc media septimana inter Odensdag diem Oribini seu Mercurii & Fredag diem Frigge seu Venoris celebrarunt, hanc forsan ob causam non plane dissonam, cum enim statua ipsius in medio Othini & Frigge, etiam dies honori ipsius consecratus, inter Othini & Frigge coleretur dies.

## §. V.

**E**xcepit nos alter in ordine Upsaliæ Deus, quem locum dextrum respectu Thoronis occupasse voluerunt antiqui. Olaus Magn. histor. Septentr. libr 3. pag. 94. de Othino sic ait, alter Oden hoc est fortis, bellis praesidet, hominibus in hostes auxilia subministrans, ipsi Thor à dextris collocatus. Johan. Magn. Othini statua à dextris posita. Hunc Othinum si Adamo credendum armatum fabricarunt, quam vero armatura illa representabat faciem, non satis constare dieit Clariss. Scheffer in Upsal. Antiqu.

eum

cum tamen Johan. Magn. de illo hunc  
 in modum loquitur, Othini statua à  
 dexteris posita, Martem ipsum aureis ap-  
 mis fulgentem expressit. Translat. etiam  
 Sveopent. Messen. cap. 4. pag. 24. de  
 eo sic ait: Men Oden hafwer stadt bes-  
 roðpnad / lῆka som Mars med sitt behör.  
 Othimus autem velut Mars, cum suis ar-  
 matus steris adjunctis. Illa adjuncta pro-  
 cul dubio thorax, galea, gladius seu en-  
 sis scutumque fuere, quibus armatum il-  
 lum fuisse ex pictura Stephanii in Nor.  
 ad Saxon. histor. Dan. patet. Johan. &  
 Olav. Magn. solo thorace, galea nec non  
 gladio eoque stricto, illum depinxerunt.  
 Item Celeberr. B. Olav. Rudbeck. scuti  
 autem, quod à Stephanio ipsi tribuitur,  
 apud nullos, prater illum mentio fit, at-  
 tamen cum bellis praesidebat, homini-  
 busque contra hostes subministrabat vi-  
 res, haud incongruè in hoc fecisse vi-  
 detur, iis enim armis & ornamentis,  
 quæ strenuum bellatorem decuerunt, il-  
 lum depinxit. Nec antiquos Sveo-Gothos  
 instrumento hoc bellico destitutos fuisse  
 credo, qui continuo fere in campis Mat-  
 tis

tis constituti erant, quod ni fallor Maro  
 Aeneid. i. restatur. *Ducis Amazonidum*  
*lunatis agmina Peltis.* Scuta Amazoni-  
 cas peltas fuisse, Goropius libr. i. fol. 502.  
 Romae enim se vidisse ait, in vaticano la-  
 brum sepulcrale, Amazonum pugnam ha-  
 bens inscriptam, in quo haec lunata Pela-  
 tarum figura erat. Plutarchus etiam  
 Peltas hasce scuta vocat, sic enim: *A Nu-*  
*ma Pompilio Salii constituti fuerunt, qui*  
*Peltas seu scuta militaria custodiebant,*  
*Ancylia dicta, que circumferebant Salii*  
*mense Martio saltantes per urbem.* Con-  
 grua ergo Othini apud Stephanium est  
 pictura, cum enim ipsi scilicet Svio-  
 Gothi usum hunc Peltarum seu scutorum  
 habuerunt, Othinum etiam ipsum bel-  
 li Ducem hoc ornare maluerunt. Prae-  
 ter Othinum multa adhuc habuit nomi-  
 na, *Oden, Vodan & Guodan.* Olao Ma-  
 gno *Oden*, Adamo Bremensi *Wodan*, &  
 Paulo Varnefrid. *Guodan.* cap. 9. voca-  
 tur, *Wodan* adjecta litera *G.* *Guodan*  
 dixerunt. Horridus porro, si nomen  
 origines inquiramus, fuit, Vodan enim  
 quid aliud significat quam *Wāde*, qui

alios in exitium dicit, quod Wormius Fastor. cap. 15. inquit, *Est præterea ab hoc Vodano; vox Vode, (nos Vade exprimimus) quæ perniciem, periculum & damnum improvisum indicat.* Vodanus itaque Deus malus, perniciosus & omnis infortunii auctor est, quare à Biarcone apud Saxonem Grammat: *Herrrendus Frigge maritus* vocatur. Hinc insignem cernimus differentiam inter Thoronem & Othinum Odenum seu Vodanum extitisse, illum enim serenum, benignum, placidum pacique deditum antea audivimus, hunc autem è contraria exitiosam, funestum, quem haec gratia sacris colebant ritibus, ut vel mala in se committere abstineret, vel in aliorum capita præferri hostium ea converteret.

## §. VI.

**M**ultos extitisse in Regno Sveo - Gothico Othinos apud Historicos invenimus, adeo ut magna difficultas oratur, iu ostendendo verum & genuinum Othinum Uplalæ cultum. Saxo Grammat, Histor, Dan: plures memorat Othinos,

nos, unum sub Hadingo, qui septem  
ante natum Salvatorem vixisse putatur  
secula, item sub Roltone, qui tertius in  
ordine ab Hadingo regimini Danorum  
præfuit, nec non regnante Haraldo Hilde-  
tand/qui duo secula cum dimidio præter  
proper ante natū Christum Othini cuius-  
dam meminit. Hoc tempus cum unius ho-  
minis ætas explere non potuit, duos utiq;  
aut tres Saxo credidisse videtur. Præter hos  
in Chronicis Regum Septentrionalium  
seu Konunga Sagurna unius etiam  
Othini mentio fit, à Saxonis plane  
diversi. Alii iterum duos tantum po-  
nunt Othinos, Asianum & Europæum,  
illum Hin Gamile seu *priscum*, hung  
recentem Upsalæ cultum dicentes. Si  
Arngrim. adēamus, Verum Othinum  
anno mundi ter millesimo nongentesi-  
mo vigesimo quarto, seu vigesimo quar-  
to anno, ante natum Redemptorem Mun-  
di, huc venisse afferete audiemus, sic e-  
nīm, Anne vigesimo quarto ante natum  
Christum, facta est prima Asiaticarum  
gentium in orbem arctoum immigratio,

Duce & antesignano Odino, regnante in  
Svecia Gylfo. Idem innuit SnorSturl.  
in serie Regum, der Odum spurde att  
Gylfi hafde itt godt Land / drog han  
Öster till hanem. Cum Odinus, bonas &  
foecundas terras Gylfonem inhabitare  
intelligeret, ad ipsum versus Orientem  
tetendit, Sed alii iterum hoc destruen-  
entes adsunt, adeo ut difficile sit, qua  
ætate verus floruerit Odinus, ostendere,  
ob varias Cronologorum & Historicor-  
um sententias, omnes enim rectam i-  
psius ætatem se invenisse putant, ideo  
tantorum virorum judicia divellere nolo,  
sed singulos suis sententiis cum bona re-  
relinquo pace. Huic Odino Odensdag  
diem Odini seu Mercurii consecratum  
ab antiquis Sveo-Gothis videmus.

## §. VII.

**E**X hisce qualis fuerit DEus audivimus,  
Eunde haud male Plutonis etiam no-  
mine Othinum venisse & Græci & Latini  
Auctores affirmant, qui defunctorum  
Regem, seu ipsam denotabat mortem,  
ut Eusebius libr. 2, fol. 38. qui illum mor-  
tem

tem vocat, & recte quidem ob receptio-  
nem hominum sive alias mortuorum,  
sive in præliis cælorum ad domicilia sua.  
De quo Homerus diversis Iliad. locis ca-  
nit, ut vers. 4.

*Multas autem fortes animas Plutoni  
præmisit.*

Item vers. 654-

*Tibi autem ego hic edico cladem & mor-  
tem nigram,*

*A me paratum iri, mea vero ab hasta  
interfectum,*

*Gloriam mibi daturum, animam autem  
Plutoni Inclytos equos babenti.*

Ex hisce neminem propiorem Home-  
ro ad describendum Plutonem seu Othi-  
num accessisse liquet, equos enim qui-  
bus vehebatur, memorat, illosque incly-  
tos dicit. Jam si Eddam adeamus, nar-  
rationem generosi Othini equi videbimus,  
sic enim, *Ta war tekin Sleipner He-  
stur Odins. Tunc adducebatur Sleipne-  
rus equus Odini.* Idem etiam habebat  
domicilium quod Pluto, scilicet infer-  
nale, quo animas defunctorum descen-  
dere crederent, præcipue autem qui

intrepidi in ipsa acie pugnando & decer-  
tando ceciderunt, ut Snor. Sturl. lo-  
quitur. Han ågnade sig alle døde mend/  
som fældে i strid / den wille han herber-  
ga efter Døden. Cæsos in prælio suos a-  
jebat, quos hospitio excipere volebat. Ad  
eundem locum Wormius, bello cæsos O-  
dino mactari, & in ejus aulam post mor-  
tem acceptari, antiqua credebat vetustas.  
Ulterius plutoni ut apud Homerum, Ma-  
ronem, pluresque alios videre est, ca-  
nem qui portam Acherontis servabat, Cer-  
berum dictum tribuerunt. Nec Odino  
talis infernalis defuit canis, qui cruentem  
otio ignaviæque deditorum, nec non vi-  
lioris fortis hominum lambebat, de quo  
consulatur Edda. Lupum hunc fuisse te-  
statur Wormius, lupus Odini Dei septen-  
trionalis, quem hominum carne & cruo-  
re in bellis cæsorum pasci crediderunt.  
Quæ cum ita se habeant, Odinum seu  
Othinum apud veteres malum fuisse nu-  
men atque infernale certum est, ac illud  
iplum, quod Latini Plutonem nomina-  
runt. Hoc etiam addendum quod ut

Plutoni antiqui Græci & Romani ita Sveci Othino consecrarent opes, quarum arbitrium & potestatem ipsi relinquebant. De Plutone sic Orpheus canit,

Πλάστων, ὁς κατέχεις γῆν κληῖδας αὐτοὺς.

*Pluto, qui terra claves regna gubernat.*

Unde Lucanus Plutonem à divitiis nomen accepisse vult, Plato etiam hisce verbis: *Plutoni vero nomen ob divitarum largitionem dictum fuit.* Cum Othino nostro, quod Plutoni ab hisce tribuitur, maxime sane convenit, fecerunt enim antiqui Sveci Othinum divitarum Præsidem, ut hunc colerent homines divitarum cupidi, unde Odino servitium facere dicebantur avari. Hoc celeberr. Johan. Baaz. Histor. Eccles. pag. 67. testatur. *Sveci Othinum divitarum constituerunt Deum, unde domos divitium inhabitare credebant.* Testimonis itaque & auctoritatibus tot celeberrimorum Virorum inter se collatis, Plutonem eundem cum Othino fuisse statuere & affirmare audemus.

## §. VIII.

**T**ertium non minoris celebritatis cum antecedentibus etiam colebatur numen Frigga dictum; Adamus Bremensis *Fricconem*, Ericus Olai nec non Messenius *Friggam* nominant. Johanni Baaz, etiam *Frigga* dicitur, sic enim *Frigga* vel *Freia Dea* fuit Thoro à parte *finistra* *collateralis*. Accuratiiores hi ultimi *Friggam* illam nominantes videntur, cum non paucos denominationis suæ habuerint. Fautores, inter quos Johan. Magni, qui *simulacrum Frigge* vocat. Olae Magno *Frigge* nomine etiam venit. Edda in Genealogia Othini, Rona hans heet *Frigida* / er wif Falloin *Frig*. Uxor ipsius *Frigida*, quam nos *Frig* appellamus. Cur Adamo Fricco audit, hinc fluere credo quod numen hoc masculini fuisse generis putarit, à figura ipsius qua depingebatur, armata enim gladio & arcu multis representatur authoribus, ut Olae Magno, Stephanio multisque aliis, sed ab armis hisce non argumentari licet *Friggam* fuisse sexus masculini, cum notum

cum sit mulieres etiam promptissimas ad  
 arma fuisse, ut Amazones, quæ tantum  
 horrorem toti Asiatico regno incusserint,  
 Tamyris celeberrima Scytharum Regina,  
 quæ incredibili & plus quam virili ani-  
 mo, omnes Cyri copias stravit. Hanc  
 igitur ob causam armis Friggam orna-  
 runt, ut Translat. Messenii de illa loqui-  
 tur, Hon hafwer warit uthstofferud  
 med ett Swerd / med en Boga / ther-  
 före att på then tiden hafwa Qwin-  
 folcken så wäl som Manfolcken / warit  
 snart beredde till Krigg. Quia eadem  
 celeritate mulieres ac viri ad arma paratae  
 erant,, gladio & arcu illam ornariunt. O-  
 lav. Magn. Pingebatur gladio & arcu cum  
 armis, quod in his terris uterque jesus ad  
 arma semper promptissimus esset. Fœcun-  
 ditatis & uberitatis credita hæc fuit Dea,  
 nec non voluptatis & pacis, ut testatur  
 Auctor Chronicus antiqui à Messen. edit.  
 Then tridie theras Gud heet Frigga /  
 henne hedrade the / att hon skulle gif-  
 wa them Fridd / Köbliga lustar och att  
 de skulle få afla Barn. Tertius eorum  
 Deus Frigga dictus est, quam pro pace,

voluptatibus corporis & fecunditate libe-  
 rorum colebant. Item Ericus, Friggam  
 pro fertilitate & abundansia frugum &  
 fructuum terra, hominum jumentorumq;  
 honorabant & assidue colebant. Paul Var-  
 nefrid, cap. 8. de gestis Longobardorum  
 Fream nominat, unde diversam à Frig-  
 ga quidam putarunt, nos eandem cum  
 Frigga ex collatione historicorum fuisse,  
 dicere audemus, nam etiam Frea pacis  
 & fertilitatis fuit Dea, de quâ Snor.  
 Sturl. der alle Swederne fingo att wi-  
 de att Frej war wist död / och Fred och  
 goda Alaringar wara der wed macht  
 i Landet / da trodde the att sa skulle  
 altyd blifwa / så lenge hun blef i Swe-  
 rig / thi wilde de icke brende henne /  
 men offrede mest till hinder för god  
 Tjyd / och Fred och Jordennes Gröde  
 altyd der esster. Fream vere mortuam  
 cum intellexissent omnes Sveci pacemque  
 in terris ac rerum feracitatem florere, sem-  
 per sic fore credebant, quam diu mansura  
 in Svecia foret, propterea eam non cre-  
 mabant, sed victimas pro felicitate tem-  
 porum, pace & fecunditate serræ, omni-  
 deis-

*deinde tempore offerebant.* Vides ex iisdem causis cultam fuisse Frejam, è quibus Friggam, ut nos possit esse diversa. Et cum de Friccone similia habeat Adam. Bremens. nec is quidem aliud erit numen.

## §. IX.

**T**res hi majores Dii fuerunt, adhuc alii minores colebantur, inter quos primas tenuit *Mithodin*, ut *Saxo Grammat.* illum appellat, artem magicam optime calluit, quod ex historia ejusdem *Danic.* facile colligitur, ideo etiam Pontifex Deorum teste *Olaø Magn.* designabatur. Secundus fuit *Fro*, qui Deus sanguinis putabatur, unde *Johan. Magn.* de eodem *Fro*, *hunc in numerum Deorum relato*, ut *qui sanguinis putabatur Deus, furvæ hostiae immolabantur.* *Stephanius* in not. ad *histor. Danic. Saxon. Grammat.* non solum sanguinis fuisse Deum, sed etiam ventorum, tempestatum aërisque universi. *Vagnofthus* etiam & *Hadingus* non minori estimatione colebantur, quia magna opem in arduis bellis promptius adhibe-

hibere credebantur. *Rostrophus* etiam Finnonicus, quod exquisitæ præscientiæ studiis vivus excelluisset, post fata in societatem Deorum transferebatur. Hisce addebatur *Rostarus*, cuius stupenda & immania facta humano sanguine demerenda credebant. Demum complures alii potentissimi Thoronis & Othini filii existimati, honoribus à populo donabantur, ac publico digni libamine censebantur, de quibus vid. Doct. Bång/ Johan. Magn. Clariss. Scheffer. aliosque antiquit. Sveo-Gothicarum Scriptores. Ol. Trygg. Sag. centum fuisse Deos in Oppido quodam Vestro-Gothiæ dicit, sic enim: *Tarlin sporde om en Kyrckia i Wester-Gautland / er i war hundra Guda.* Rescivit Comes de Templo quodam Vestro-Gothiæ, in quo centum erant Dii. Solis etiam apud Sveo-Gothos viguit cultus, quem toto æstatis cursu, lunam iterum quia continuò hyeme ejus utebantur lumine adorabant.

## §. X.

**H**AECENUS de Diis, qui in Septentrio-ne colebantur, jam sacrificia & ritus sacri-

sacrificandi , quibus Deos suos placari putabant , inquiramus , horum duxtor primus fuit Othinus ut Stephanio placeret , sic enim de eodem , *Otinus in antiquitatibus Norvagicis BlotMadur id est sacrificulus , Augur , Pontifex vocatur , quia ille primus ritus sacrificiorum dicitur populos septentrionales edocuisse.* Hic non omnia sacrificia instituisse credendus est , sed eorum tantum quæ cæsis animantibus & sanguine siebant , quod vocabulum Blot / unde BlotMadur vocatus est , indicat , sic Snor . Sturl . de Othino , han war en merckelig BlotMand . Peritissimus erat sacrificulus . Wormius illum & homines & pecudes sacrificasse dicit , sed non convenit quod de hominibus ille reputat , alias enim fuit , qui hunc instituit ritum , ut scilicet homines immolarentur . Saxo Deo Fro hoc assignat , *Fro quoque inquit sedem non procul ab Upsaliam cepit , ubi veterem litationis morem tot gentibus ac seculis usurpatum , tristri infandoque piaculo mutavit.* Per infandum hoc piaculum procul du-

bio nihil aliud Saxo intellexit, quam sacrificium humanum, quod inferius addit, siquidem humani generis hostias mactare aggressus, fœda superis libamenta persolvit. Sequitur itaque Othinum sanguine Deos primum coluisse, unde BlotMadur vocatus est, sanguinem vero non hominum, sed pecudum offerebat, & ut Clariß. Scheffer. vult, pecudum domesticarum scilicet equorum canum & gallorum &c. Porro in sacrificiis observabatur, ne offerretur, nisi quod generis esset masculini. Adam. Bremens. ait: *quod masculinum est offertur.* Ditmarus etiam equos, canes, gallos, non equas aut gallinas memorat. Tandem cum impiissimus homines sacrificandi usus primicias suas accepit, quam diu belli sœviit flamma, captivorum immolabant corpora, præcipue ea, quæ initio belli capiebantur. Procopius libr. 3. *Hostiarum pulcherrima illis est homo, quem bello primum ceperint.* Jornandes, Martem semper asperrima placavere cultura, nam victimæ ejus fuere mortes captivorum. Florente autem pace, aliquando mancipia, aliquando meioris

lioris generis viros Diis mactabant suis,  
 quod ex Snor. Sturl. patet, qui de O-  
 lavo Rege sic exclamante dicit, Jag will  
 nu göra det största Blodz. Offer / som  
 någon Tid har warit gjordt / och will  
 jag der till icke uthwällie de slemmeste  
 och werste Treler / som her till har wa-  
 rit sed / men jag will uthwällie de be-  
 ste Mend i Landet att offra till Gudar-  
 na. *Sacrificium offeram prestans,*  
*quam ullo unquam tempore est factum, ad*  
*quod inutilissimos & vilissimos non eligam,*  
*ut hoc usque mos invaluit, sed optimos in*  
*bis terris Diis mactandos viros eligam.*  
 Mactabantur etiam Reges, sed maxima  
 cogente necessitate, cum enim victimis  
 pecudum Deos placare non potuerunt,  
 homines aggressi sunt, atqui cum ne sic  
 quidem illorum ira cessaret, tandem i-  
 psum Regem immolarunt, quod ex vita  
 Regis Domaldi patet, sic enim Snor.  
 Sturl. Uthi hans Tid blef Hunger  
 och dyr tid uthi Sverige / da offrade  
 Swederne mange Paar Oxar uthi itt  
 stort Offer om Hösten i Uppsala / men  
 det halp intet / ty den dyra Tid halt  
 wed

wed. Den andre Höst offrade de  
Menniskor / och blef Tjden intet des  
betre. *Eius temporibus fames caritasque  
annonae totam oppressit Sveciam, ideo so-  
lenni sacrificio multos boves Sveci circa  
autumnum Upsalæ mactabant, nec tamen  
fames cessavit, sequenti autumno homines  
mactarunt, nihil tamen juvit. Cum  
ergo nihil auxiliū hasce sequeretur victi-  
mas tertio autumno ut ipse Rex immo-  
laretur, convenient. Idem: Then tri-  
die Höst kommo Swederna öfverens/  
att den dyra Tjđ war kommen för  
Konung Domalds skull / thi wille de  
offra honom till Oden för Års Gröde  
och god Tjđ i Landet igen. Tertio au-  
tumno iterum convenerunt Sveci , famem  
propter Regem Domaldum ingruisse, ideo  
proletis segetibus & annona , illum Othi-  
no offerre voluerunt. Idem factum cum  
Olavo Tretelge / idem Snor. Sturl. af-  
serit. Attendendum tamen peculiare hoc  
fuisse , neque factum , nisi graves ob cau-  
sas , maxime , si ipse Rex peccata com-  
misisset maxima in Deos , & sic famem ,  
bella cæteraque incommoda Patriam gra-  
vantia , induisse videretur.*

**Q**uò modo sacrificia sua peregerunt; paucis quidem superius Capit. 2. §. 2. ubi de templo Upsalensi sermo erat diximus, sed insufficienter cum instituti mei ratio eadem ulterius ostendere fuit. Primo itaque coventus illorum nobis lese offerunt, qui duorum fuerunt generum, quodrum alterum quotannis obserabant, de eo sic Olofz Sag. cap. 69. **I**n Sverige war en gammal Sed/ eine dan det war hedniskt / att uthi Gōja- Månad skulle ett Hüswud. Offer sätta uthi Uplala / då skulle offras för god Frijd och att Könungen måtte hafwa Seger / dikt måste alla af Riket sötia/ och måtte då ett Allmenneligt Ting vara. In Svecia antiquus mos fuit, dum obtinuit gentilismus; ut Upsale generale sacrificium mense perageretur Februario, sacrificandum tunc erat pro pace & victoria Regis; coendumque illuc ex universo regno erat, peractum simul universale iudicium. Alterum genus conventuum Adamus Bremens. pag. 23. sic describit, Solet quoque post novem annos, commu-

mis omnium Sveciae provinciarum solennitas celebrari, a qua videlicet solennitate, nulli prestatur immunitas: Reges & populi omnes & singuli sua dona Upsalam transmittunt. Subjecta, quæ sacrificiis in magnis hisce conventibus destinabantur, primum jugulata & postmodum luco suspensa asserit Celeberrimus Scheffer. licet dissentiant historici. Quidam enim non jugulata, sed viva fonte immersa & postmodum in luco suspensa volunt, alii, ut putant, accuratiiores, inter quos Celeberrimus Scheffer, quod primum tempore sacrificii jugularentur, & deinde post effusum sanguinem spiritumque in luco suspenderentur, asserunt, & licet in puteum demergerentur victimæ, quod etiam necessario factum erat, non tamen vivæ, sed primum jugulatæ, & sic cruentis abluerendi causa, ut puræ seu aris imponerentur, seu luco suspenderentur. Hoc idem antiqui Romani observarunt, victimas enim primum lavabant, hoc denique facto aras easdem consecrabant. Post jugulationem sanguis in vasculo ob hanc causam ex ære fabricato excipiebatur,

tur, quod Laut Bolla vocarunt, idem  
 Snor. Sturl. fol. 75. affirmat, Och det  
 Blod der kom aff Offret / blef kallad  
 Laut / och Bollerne som Blodet blef  
 tagit i fallades Laut-Bollerne. Cruor  
 vero, qui ex victimis emanavit dictus fuit  
 Laut / crateresque quibus cruor iste exci-  
 piebatur Laut-Bollerne. Aeneus crateres  
 illos fuisse restatur Wazhyrna, At dheim  
 stalti skhilde och stande Bolla / mieg aff  
 Koppar. hoc est, På Altaret skulle och  
 stå en Kettill af Koppar. In ara pos-  
 tus erat crater aeneus. Cruorem hunc  
 Celebert. Scheffer. lavacrum vocat, quia  
 eodem modo isto, ac Monachi aqua lu-  
 lustrali utebantur, hoc enim adstantes sin-  
 gulos, imo idola parietesque intus & foris  
 aspergebant. Snor. Sturl. de Domal-  
 do, De slachtade och Offrade han-  
 nein och smorde hans Blod på alle  
 wegge i Huset. Mactabant illum sangu-  
 nemque omnibus templi parietibus illine-  
 bant, quod etiam idola sangvine asper-  
 gebantur, Clariss. Verelius ex Herwar.  
 Sag. in notis ad Góthr. Sag. ostendit,  
 Alfhilde raud haurgin. Hoc Clariss.  
 Scheffer. sic transfert. Alfhilda sangvine  
 idola oblinebat. D 2 §. XII.

Cum singula sacrificia parata erant, convivium generale celebrabatur, ad quod omnis multitudo nationis SveoGothicæ donaria secum tenebatur offerre, quæ in mutuos usus, durante hoc conventu consumebantur, Celeberrimus Doct. Jur. Loccenius in Antiquitatibus Sveo Gothicis, convivium illud Offergille / Snor. Sturl. Offergilde vocat à Gilda quod antiquis Sveo Gothis societatem denotavit, & ealem societatem, ut Celeberr. Scheffer. placet, in quâ esset communio bonorum, pecuniarum, cibi, potus, &c. in mutuos usus. Hoc idem Snor. Sturl. affirmat, Och war den Tijd en gammal s. dwana / att när Offergildet blef hållt / då skulle alla Bönderne komma der som Offerhuuset war / och föra med sig alt hwad som de behöfde att hafwa / så länge som Offergildet stod / både öl och andet. Antiquus eo temporis spatio invaluit usus, ut cum sacra hujusmod convivia celebrarenzur, omnes rustici ad locum victimarum convenirent omniaque necessaria secum afferrent, Cerevisiam et alia

alia, durante hoc convivio. Notandum etiam quod inter cetera peculiare & pretiosum illis fuerit ferculum, caro equina, quod idem pag. 156 ostendit. Den neste dag mot astonen / der de ginge till bordet / da fökte Bönderna på Kungen / och sade / att han skulle åta Håste kött / men han wilde dett inga lunda göra / de hade honom dricka sådet / han sade och nej der till / de hade honom åta fladet / men Kungen wille icke det göra. Postero ad vesperam die, inter cœnandum rustici de Rege postulare cœperunt suo, ut carne vesceretur equina, ille vero ad id renuit: tum ut juscum biberet petierunt, quod facere etiam recusavit: pinguedinem tandem ut degustaret orarunt, quod etiam Rex pernegavit, Docent satis verba hæc, SveoGothos mortem hunc habuisse ut caro equina & jus inde decoctum cum pinguedine, pro peculiari ritu in sacris apponenterentur. Consecratione etiam opus fuit, ideo præciuos huic negotio obstringebant, qui more apud illos usitato, cibos consecrarent, & convivas sine benedictione non

relinquenter, teste eodem, de som Höf-  
 dingar woro för Offer-gildet) skulle si-  
 gna Folket och alt Offer-kästen. *Qui  
 sacro convivio praeerant & convivas & sim-  
 gula convivii fercula consecrarent. Con-  
 secratione facta omnibus cibum capere  
 licuit, poculisque se mutuo exhilarare,  
 non bella, non iuramenta, sed undique  
 gaudium & pax cernebatur, quod Cor-  
 nelius Tacitus capit. 48. docet, *leti tunc  
 dies, festa loca, quæcunque adventu hospi-  
 zioque dignantur, non bella ineunt, non  
 arma sumunt, clausum omne ferrum, pax  
 & quies tum tantum nota tum ama-  
 xæ.* In bibendo nia pocula plena,  
 in honorem & memoriam trium  
 maximorum Deorum, Thoronis, Othi-  
 ni & Friggæ circumferebantur, eaque  
 Thor/ Odens & Friggas staafer appel-  
 labantur simulque Thoronem pro secun-  
 do successu omnibus in rebus, Othinum  
 ut singula mala averteret victoriamque  
 illis conciliaret, Friggam denique pro  
 fertilitate, voluptate & pace invocabant.  
 Scyphos etiam heroum virorumque for-  
 tium in bello casorum nec non amico-  
 rum*

rum fatis functorum bidebant. Hinc apud Gothos adhuc est in usu, præcipue apud rusticos, ut in conviviis suis Guds Skål i Himmelēn id est *in cœlestis Dei memoriam* bibant, quod ex multis illinc adventientibus audivi, & hoc quidem in honorum laudemque ipsius, qui adeo clementer dona sua opulentissima ipsis concedit, faciunt.

## CAPUT III.

### S. I.

**E**X hisce Deos, illorum cultum, nec non ritus sacrificandi antiquorum Sveo-Gothorum, Benevole Lector, habes. Jam Finnorum strenuissimæ gentis antiqua sacra examinanda occurunt, quæ magna solennitate celebrabantur. Præcipuus ergo qui in hac Septentrionis parte colebatur Deus Jomala fuit, vel ut alii Jumala / hujus mentio in Olof. Sag. habetur, I Gardenom stander Biarma Gud / er heiter Jumala. In area Biarmie Deus, qui Jumala vocatur stat. Item in Herraud. & Bos. Sag. capite 27. Her i Skogen är en stor Kyrka/

sia / som var Konung Hareker rådes  
 öfwer. Ther inne är en wldt dyrckat  
 Gud / som Jomala heter. In silva hac  
 fanum haud exigue magnitudinis sub pos-  
 sessione Regis nostri Hareker. conspicitur,  
 in quo celebris est Deus, qui Jomala di-  
 citur. Simulacro quodam hic Jumala  
 repræsentabatur, cuius species virilis, se-  
 dens in ara, cum corona in capite, ac  
 in ea gemmis duodecim, item torque  
 aureo in collo, quod in historia eadem  
 hisce innuitur verbis, Sedan kommo  
 the till Altaret / som Jomala satt på  
 af honom togo the en Corona / besatt  
 med tälff Edla Stenar / och itt Hals-  
 band / som kastade trehundrade Marc-  
 ker gull. Tuus ad aram cui insidebat Juma-  
 la / veniebant, Coronam duodecim pretiosis  
 gemmis distinctam detrabebant, item  
 torquem, cuius pretium marca aurii tre-  
 centa erant. Ulterius in Olof. Sag.  
 torquis hujus habetur mentio, cum Zo-  
 re Hund & fratres Carolus Gunstenusque  
 statuam hanc violare ausi sunt, sic enim:  
 Rende och så Carl till Jomala / och  
 såg en Radja vara om hans Hals /  
 Carl

Carl slog till ned Yran / och högg  
 sönder Remen / som Kådian bat på  
 Halsen var fastbunden med. *Carolus*  
*etiam ad Jomala accurrebat, crassumqua-*  
*torquem in collo ejus videbat, & sublata*  
*securi, lorum dissebat istu, quo religatus*  
*erat ad collum, firmatusque torques.* Dis-  
 cordiam inter te Historici, de ornamen-  
 to hocce quod in collo gerebat, exercu-  
 erunt, alii enim non torquem sed mo-  
 nile, quidam iterum torquem fuisse pu-  
 tant, sed quicquid de torque afferant,  
 attamen voce monilis illud exprimeret  
 convenientius nonnemo dicit, scilicet  
 cum ad ipsum textum antiquæ Gothicæ  
 fit respectus, vocabulum *n.* Men occur-  
 rit, quo ornamentum illud quod moni-  
 le vertitur in multis exprimitur historiis,  
 ut in Oslof. Sag. Dch Men thed / som  
 Fästadi triu hundrud Marckur Gulls.  
 item torquem, valorem trecentarum mar-  
 carum auri exequantem, scilicet abstule-  
 runt. Rectius itaque putant per monile  
 reddendum esse Gothicum hoc vocabu-  
 lum Men / si enim torques fuisset, non  
 interveniu lori à collo penderet, sed col-  
 lum

Num totum velut annulus ambiret, quod  
 Idolo disconvenire existimant, lori enim  
 dissectionem antequam monile demere-  
 tur, ex Olof. Sag. habemus, quæ minus  
 necessaria si torques fuisset. Pateram  
 etiam auream in genibus repositam, pon-  
 deris & magnitudinis ingentis habuit,  
 in quam aurum, velut stipem sacram,  
 denumque Deo offerendum conjicie-  
 bant. De qua Herald. & Bos. Sag.  
 cap. 7. pag. 33. Uthur hans Knå togo  
 the en Gullskåhl / så stor att syra Kar-  
 lar hade nog att dricka uth henne / då  
 hon var full inståndt / hon var och  
 full med röda Gull. Ex gremio ejus  
 scil. Jumalæ pateram auream auferebant  
 tam magnam, ut capere quantum qua-  
 tuor viris in potum, si plena fuisset, suffi-  
 ceret, plenaque illa rutilantis fuit auri.  
 Ex qua materia idolum hoc fabrefactum  
 fuit non satis apud Historicos liquet, ex  
 ligno tamen factum putamus, cum uni-  
 co ictu caput ipsius amputare valuerit Ca-  
 rolus, quod difficilius fuisset pluresque  
 postulasset ictus, si ex materia metallica  
 compositum esset. De quibus vid. Ro-  
 nun-

nunga Sagur. capit. 132. Olof. Sag.  
 capit. 135. Fano seu delubro Idolum Ju-  
 mala inclusum fuit, quod ex Herraud.  
 & Bos. Sag. & quidem ex colloquio  
 filiae Rustici Hof-Retill cum Boose hoc  
 modo: Heir i Skogi thesum er Hof  
 mikid / tad a Hareker Kongr / sa er  
 heir rānde syrir / tar er gofgrād God /  
 tad er Jumala heiter. In silva hac do-  
 minus eximia magnitudinis, quae Regem  
 Hareker. possessorem agnoscit, conspicitur,  
 in eo celebris est Deus Jumala vocatus.  
 Hic obiter notandum venit, statuam  
 hanc bis violatam fuisse, prima vice à  
 Herraud. & Bos. & tunc fano seu de-  
 lubro inclusa tenebatur, deinde vero,  
 post finem duorum & quod excessit se-  
 culorum, temporibus Olavi Crassi, à  
 Tore Hund / Carolo & Gunsteno spo-  
 liata legitur, verum lugo non fano, tum  
 clausa servabatur. De his consuluntur  
 Olof. Sag. cap. 135. Konunga Sag.  
 cap. 132. Egregia hic cernitur harmo-  
 dia inter Magnum & Primum in  
 ordine Upsalæ Deum Thorum antiquo-  
 rumque Finnorum Jumala / quod ab-  
 unde

Unde sane ex illis quæ de Thorone in capite secundo paragrapho 3. memoravimus, liquet. Certe ut ipse speciem sedentis, ita **Jumala** repræsentavit, namque in capite cum duodecim stellis, sicut **Jumala** cum duodecim suis gemmis ornatum fuisse vidimus. Hinc pri-  
 mum Biarmenses & postmodum Lappones, sub duobus nominibus diversis idem coluisse numen, vel saltem duo inter se commiscuisse numina existimo, nempe Deum verum summumque cuius aliquam partim per rationem, partim per famam à majoribus acceptam habuere notitiam, **Jumala** vocarunt. Postquam vero Thoronis nomen apud Arcteos celebritatem accepit, eundem quoque appellaron **Thorum**, sive **Thore** nomen **Jumala** assignarunt. Quod facile hinc evinci potest, quia Thoro suo hodieque tribuunt Lappones, quod procul dubio ab initio **Jumala** / potestatem in Deos minores, malos præsertim a noxios, in aërem, fulmina, tonitrua, valetudinem hominum, vitam & mortem.

Præter Jumala videntur Finni etiam coluisse idem numen, quod Sveci appellant Thorum, quod inde facile adstruere possum, quia inter varios illos, quos Finni coluerunt Deos, præcipuus dictus fuit Turrisas/ qui non aliis quam Thorus fuisse videtur. In catalogo numinum Finnorum Carelorumque à Resverendiss. Mag. Michael. Agricola, Episcopo Wiburgensi edito, hujus idoli hæc est relatio: *Turrisas annoi woiton Godasa / Turisas victoriam in bello concessit.* Hic Turrisas conjunctim nominatur, qui divisim *Turris* sibi dici debuit, Asiam enim seu Asiatici vocati, qui temporibus antiquis ex Asia has in terras pervenerunt, (quod prolixè satis summaque cum subtilitate Celeberrimus Schefferus in Upsal. Antiq. ubi de Thorone & Othino habetur sermo, demonstravit) quorum antiquissimus Turras ille fuit, qui progressu temporis Turisasii nomine à Finnis cœlebat. Clarius & certius argumentum hoc testimonio Arngrim. Jon. evadet. quendam enim nomine Torro fræna Imperii Finni-

ei tenuisse illumque unum ex majoribus  
 Nori Regis fuisse asserit, ab quo non  
 pauci sunt existimantes Norige seu Nor-  
 vegiam nomen accepisse suum, & velut  
 Nori Rige / id est Nori regnum esse di-  
 scum, nec in solita hæc fuit consuetudo  
 aquid antiquos Reges, ut vocabula Deo-  
 rum assumerent, eodem modo, ac an-  
 tiqui Græci, apud quos multos Joves &  
 Neptunos extitisse videmus. Ita etiam  
 dictus antiquorum Finnorum Rex Torro,  
 a Turro veteri, quem pro Deo colebant.

## §. III.

**A** Finnis procul dubio Lappones, dum  
 Turrisas inclusus esse incœpit, suum  
 Deum quem Eiermes vocant acceperunt,  
 qui non alias quam Thor fuisse videtur,  
 Eiermes enim si vim vocis respiciamus,  
 ille ipse est, quem Latini Jovem tonan-  
 tem nominarunt, Lapponum enim lin-  
 gua, quicquid strepitus & fragores edit  
 Eiermes dicitur, hinc specialiori notio-  
 ne ad tonitrua refertur, quæ animata  
 virtute singulari cœlorum, putant, quod  
 Samuel Rheen. cap. 25. ostendit, Thor  
 eller Thordon hålla the wara ett lef-

wandes Ting / som så dundrar i Hün-  
melen. Thorum sive Thordón / hoc est  
Tonitru, rem esse viventem plane existi-  
mant, quæ sic tonat in cœlis. Vocat Thor  
& Thordón sive Tonitru, quod Lappo-  
nibus est Tiermes / ipsamque illam vim  
significat, per quam tonitrua eduntur.  
Ulterius in hujus potestate vitam ac mor-  
tem hominum valetudinem ac morbos  
putant esse collocatos, quod jam nunc  
nominatus Vir eodem capite affert.  
Denne Thor mena the hafiva Macht  
öfver Menniskians Helsa och Sund-  
het / Liff och Död. Thorum bunc pote-  
statem in valetudinem & sanitatem, vi-  
tam atque mortem hominum habere pu-  
tant. Potentiam singula noxia dæmoni-  
aque avertendi, coercendi & castigandi ei-  
tribuunt, quod tonante cœlo fieri cre-  
dunt. Idem citato loco Thordóns Em-  
bete hålla the wara / att döda och drå-  
pa alla Troll. Officium sive munus to-  
nitrium esse arbitrantur, ut omnes pra-  
tos dæmonas interficiant & cedant. Hanc  
etiam ob causam Iridem arcum ipsi assi-  
guant, ut hoc singula mala obviam ve-  
ni-

nientia prosternat. Idem saepe nominatis  
 ✓ rus Samuel Rheen Regn-Bogari falla  
 the Thors Båga / ther med han skall  
 skjuta och dråpa alla the Troll / som  
 hem nägen Skada tillfoga. *Iridem*  
*arcum Thoronis appellant, quo omnes pra-*  
*vos malosque spiritus & dæmonas, damna*  
*illis afferre volentes interficiat.* Hanc  
 superstitionem ab antiquis Finnis, procul  
 dubio haugetunt, qui adhuc hanc fovent  
 sententiam, quod scilicet Tonitru dum  
 auditur, malos spiritus venati dicant, i-  
 deoque nullam vas vacuum tunc tempo-  
 ris secum portant, ne forsitan commoda  
 occasio in illis se abscondendi detur, nec  
 sub arbore, sed potius sub dio versari ma-  
 lunt. Pleniorēm hujus idoli descriptio-  
 nem qui cupiunt, adeant Samuel. Rheen.  
 Tornæum, Celeberr. Schefferi Lappon-  
 iam & paginarum angustia & materiæ  
 amplitudo nullum inventura suæm,  
 calamo meo finem injungunt.

## §. IV.

**H**isce quantum monumenta Finnicæ  
 concedunt, ostensis, adhuc suppola-  
 riuti

rium gentium numen quoddam, exami-  
 nandum nobis occurrit, cui nomen  
**StorJunkare** illos tribuisse, apud non  
 paucos videmus Historicos. Hunc **Stor-**  
**Junkare** **Tiermes** vicarium esse pu-  
 tant, quod Samuel Rheen hinc memo-  
 rat verbis, *The hålla honom för Gudz*  
*Junkare eller Ståthållare.* *Pro DEI*  
*Praefecto aut vicario habent cum scilicet*  
**StorJunkare.** Et quia pro Dei Praefec-  
 to, ideo **Storjunkare**/ quasi Praefec-  
 tum diceret magnum, appellant. Quod  
 idem Samuel Rheen, *Alltså kalla Laps*  
*parne sina AfGudar StorJunkare/*  
*Deastras suos Lappones StorJunkare*  
*vocant.* Præcipue sacro honore afficitur  
 hic **StorJunkare**/ quia ejus ministerio,  
 ad homines perplurima bona fluere pu-  
 tant. Imperio enim & regimini ipsius,  
 omnes bestias ferasque subjectas, neque  
 nisi ope & auspicio ipsius capi posse sen-  
 tiunt. Idem: **StorJunkaren tillskrif-**  
 wa the then Machten / att the sätta  
 honom / såsom en Gudz Ståthållare /  
 hafwa Macht utthöfwer alla Diur.  
**Storjunkaren** *cam tribuunt potestatem,*  
quod

quod tanquam Dei vicarius, omnibus praesit animalibus. Hic aperte dicit, quod nutu & benevolentia sui Storjuncare / ut quis feras capere possit, fieri existiment, cum etiam ad ipsum spectent & pertineant. Hisce itaque solis cum se alant ac vestiant, quilibet subsumere potest, quam necessarium putent, ut hic Storjuncare colatur.

## G. V.

**S**olis etiam non tantum in SveoGothia, Sed in toto Septentrione viguit cultus, quem Sveci Sol / Finni Auringo / Lappones Baire / apud quos adhuc floret, exprimunt. Hunc primum ideo honore voluerunt, quod lucem eis afferat, ac calorem tempore astivo excitet. Sic Olaus Magnus Histor. Septentr. libr. 3. cap. 2. Solem toto astatis cursu eis lucensem adorant, gratias ei offerentes, quod lumen contra tenebras perpeffas, caloremque contra immensa frigora adducit. Deinde quia ad generationem influere, adeoque omnis generationis Auctorem eum credunt, ac ipsius beneficio omnia nasci

nasci & foveri existimant. Idem Samu-  
el Rheen: Solen hålla the för en Mo-  
der för alla lefvandes ting eller Diur.  
*Solem Matrem omnium viventium esse  
putant.* Cum itaque tanta tamque mul-  
ta beneficia Solem præstare credant, æ-  
qvum ducant, ut & illum sacro prose-  
quantur honore.

## §. VI.

**M**ulta adhuc habuere Finni numinas  
ut Tapio/ qui instrumenta, quibus  
feræ capiebantur, gubernasse putabatur,  
quod ex rythmo hoc Finnico auditur,  
Tapio Mehest Phdyret svi. Svet. Ta-  
pio syrde Giller i Skog. In hujus ho-  
norem Cantilena illa antiqua Ursorum,  
Svetic. Biornivässi composuerunt, quam  
heic licet apud alios etiam Historicos in-  
veniatur, materia sic postulante, Bene-  
volo Lectori ostendere non grave erit,  
vernaculâ itaque sic habetur lingua:

Mehän Orris wostettu/  
Euo meil tähtå terwenntå/  
Aita wastan saalihita/  
Euo tubatta tullesassa

Saata sata saalihiri /  
 Tuli tulin Jumalista  
 Tanssa saalin iloisesta /  
 Toea ilman / ihmet / vaiwat /  
 Annnon andoi / rahan radei.  
 Eosea tulen Cotihin /  
 Colme Hötä ilon pidän.  
 Ilos tulin /ilos lähdin /  
 Läpi Laro / Vuoret / waarat /  
 Aja paha edellänsä.  
 Pertos tuli Värvän tulo /  
 Värvå tule vielå pertos /  
 Cunioitan sua jälistänsä /  
 Vuosi Vuodeld saalihiri.  
 Etten unhoids Ohton Birren /  
 Sitä vast viel toisti tulen.

Lingua Svetica cantio hæc è Finnica  
 versa prout in Histor. Ecclesiast. Doct.  
 Bångs habetur, sic audit, licet crassi-  
 wori minervâ :

Tu Dyre Skogs diur som ligger här /  
 Wunnen och sargat svåra /  
 Till vårom Bryn full helsa bår /  
 Och Roof till wisthus våra /  
 Till hundratal of skaffa Roof /  
 Af samma slag tillhanda /

Hemita tusend till vårt behof

När tu till oss will lenda

Ifrån the Gudar monde iag

Rått uppenbarlig komma/

Som gäfroo mig gått Ros i dag /.

Föruthan Sorg till fromma

När dagen Lius går bakom fiell /

Och iag hem kan fort komma /

Skall glädie stor stå i mitt tiell /

Tre Nätter uthi blomma /

Med Lut och Frögd iag hådan för

Ösver the Bergen ledar

Och kom igen med glädie stor

The onda låt framleda.

Med glädie thenna dag upran/

Som nu förhand mån wara/

Med Frögd och Glädie än försan

Kommer then Dagen klara /

Iag will tig åhra immerfort /

Och Ros af tig förmoda

Att iag må intet glömma bort

Min Björnesång then goda.

Tantum de Prælide seu Deo venerationis Lapio. Huic, si ipsum cultum inspiciamus, non dissimilis fuit Carelorum Deus Hittawanin / qui etiam cultori-

bus suis feras objicere existimabatur, sic enim non dudum nominatus Episcopus Wiburgensis, in rythmis suis alieubi canit, Hittawanin toi Janeret pensast. Svet. Harar uhr Bujtan gaf Hitwanin.

## §. VII.

**N**eptunum etiam sive maris & lacuum Deum habuerunt Finni, qui præcipue curavit, ut salvi in itineribus maritimis manerent, & piscaturam non exercearent sinistram. Ahti hic vocabatur, quod ex eiusdem rythmis planum evadit, Ja Ahti Wedest Caloja toi. Och Ahti dres Fiskarna i fiord. Carelis Weden Emå vocabatur, sic enim: Weden Emå wei Calat Wereoon. Bath Modren fôste Fiskar i Nåät. Adhuc vana hæc supersticio, profunde satis, in cordibus vilioris sortis hominū radices habet suas actas, piscatum enim eunt, nihilque capientes, gubernatorem aquæ, quem Meren Haltia jam temporis a hallita vocant, illis non favisse dicunt. Præcipue autem in lacubus imperium suum

suum exercere hic Uhi sive Meren-  
haldia putant.

## §. VIII.

**P**erplurimos alios Deos Finnos coluisse  
ulterius ex eodem rythmo patet ut  
Kratti qui procul dubio, idem quam  
Skratten exponimus est. Hunc divitiae-  
rum quas antiqui in terra conservarunt,  
Præsidem fuisse, infirma antiquoruta  
existimavit fides, locum in quo divitiae  
conservabantur Arna Hauta vocarunt.  
In rythmo inquam Fionico hujus hisce ver-  
bis sit mentio: Cratti murhen piti ta-  
warast / in Svet. Øfwer Lagd statt  
war Skrattens Skrij. Domesticum  
etiam habuerunt Deum, quem Ton-  
tu appellare voluerunt, hunc in-  
spectorem rerum domesticarum fuisse  
crediderunt, nam Tonku Huonen me-  
no hallizhi. Tomten lagade all huus  
i Gård. Et perplures alii ut Lekid herba-  
rum & frugum Deus, quod hinc facile dispa-  
lescit: Lekid Ruohot / Juuret ja Puut  
hallizhi ja sencaldaiset muut. Lekid el-  
let Gasten rådde Øfwer Grås / Rötter

och Trå. Ilmarinen sive Æolus hic vero  
torum designabatur Deus, quod iplano-  
minis derivatio affirmat, nam ab Il-  
ma Ilmarinen derivari cuique sermo-  
nis Finnici perito planum evadet. Ut  
nimineen cantilenas & hymnos fabrica-  
vit, Rahoi lunam lucere fecit, quod hinc  
liquet: Minimeinen Wirret tacoi Ra-  
hoi Euun Mustari jaco. A Capeet lu-  
nam consumi tempore Ecclipsos pro fir-  
mo & certo habuerunt. Capeet enim  
heilda myös Euun soit. Och Capeet  
åto Månan snelt. Hac formula loquen-  
di à resequis paganismi adhuc utuntur  
Finni, cum enim luna Ecclipsin patitur,  
Euui Söde dicunt. Calewanpojat /  
quos in rytmico Sveticco Jätter vocari vide-  
mus, herbas secarunt, hinc in Tavastia  
adhuc hodie; prata & insignis magnitu-  
dinis campos, Calewan Nytut voca-  
tos invenimus, ab ipsius Fænisecis Ca-  
lewanpojat forte appellatis.

## §. IX.

**N**ec Careliis pauciores fuerunt Dii,  
quos certis occasionibus coluerunt,  
ut Rongoteus / Pessonpecko / Wiran  
can.

XXVII

cannos / Egres / Kondös / Ragnel /  
Kekri / Hysi vel ut alii Hissi / Weden  
Emä / Myrkis Hittawanen etc. de  
quibus in rytmo Deorum Carelensium  
hoc modo ab antea nominato Episcopo  
Wiburgensi:

Waan Tarjalaisten nāmåt olt /  
Epäjumalat cuin he ruoollit  
Rongeteus Ruisla annoi /  
Bellonpecko Ohran caswon soi  
Mirancannos Lauran caihi /  
Muton oltin Laurast paiki.  
Egres Hernet / Pawut / Maurit los /  
Caalin / Lgnat ja Hamput edes toi.  
Kondös Huchdat ja pellot teli  
Cuin heidän Epäuseons nakti /  
Ja cuin kewäkylwö kylwettin /  
Silloin Ukon Malha juotin.  
Sihen haetin Ukon Wacka /  
Ngn juopu Pjca ettå Uckä.  
Sitte valjo håpiå siellå tehtin /  
Cuin sekå cuultin ettå nåhtin /  
Cuin Rauni Ukon neini hårsky /  
Jalosti Ukon pohiasti pärsky /  
Se sijis annoi ilman ja uden tulon /  
Råkri

Råkri se lisäis Tarjan caswon.

Hjärti mehäläist soi woiton /

Weden Emå wei Calat Wercon.

Nyrckes Oravat annoi mehäläst /

Hittawanen toi Jåneret pensast

Eikö se Eanssa wimmatu ole

Joca näitå usco ja rucoile /

Sihen Piru ja Syndi weti heitå /

Ettå he cumarsit ja vstoit näitå /

Euoluitten hautan Ruoca wietir

Joisa valitettin/paruttin ja itkettin.

Mennigäiset myös heidän llh-  
rins sait.

Cosca Lestet huolit ja nait.

Palweltin myös paljo muuta /

Kiwei / Cannoi / Tåhdei / Aurin-

go / Evuta.

Idiomate Svetico apud Reverendiss.

Doctor. Bång / Episcopum olim Wi-

burgens. Celeber. hæc eadem sic habentur.

Rångoteus gaf Rågen i lor /

Och Pellanpecko Kornet på for.

Wrrancaños gaf Hafrans Wert /

För Erter och Kål stod Egres best.

Kondös harkade Swed och Åker /

Och

Och efter Wåår. Såd angick Thor-  
skålans Låter.  
När Ragnel Thorinān begynte stor-  
liuda /

Bulrade Thor och gaf nyt siuda.  
Kekri ökte Boskap i Stall /  
Och Hjäsi dref Skogz-djuren Wall.  
Batu-Modren foste Fiskar i Nååt /  
Och Myrckes gat Ekornar af trååt.  
Harar uhr buskan gaf Hittawanen/  
Men Maat wed Grifter åt sielfva  
Janen.

Spöke tog offer af Nygista Gubbar/  
Som tå och tientes Stenar och  
Stubbar.

Fast mera dyrcktes stiernor och måna/  
Med solen den stora himmelen's kåna.

Ex hisce quin nonnullos etiam vene-  
rati sint Lappones, vix ambigo, præser-  
tim eos, quorum opere & auxilio ad ne-  
gotia sua videbantur indigere, quales  
sunt præsertim, qui serviunt venationi-  
bus, qui tuentur pecudes & feris bestiis,  
& id genus, ut Tapiro / Hjäsi & Myr-  
ckes. Cæteros autem, cum nullos cole-  
rent agros, nec sererent frumenta, tan-  
quam parum sibi utiles, haud dacie ne-

glexerunt. Ceterum an his coluerint nominibus, asserere vix audeo, cum ne apex de eo in memoriis antiquis, nec ex hodiernis eorum rebus & gestis certi hac in re quid possit colligi.

## §. X.

**Q**uod Finni Deos suos fano aut luco quodam inclusos habuerint, non sine causâ asserendum videtur, licet nihil apud Historicos hac de re scriptum inveniatur: scilicet ex cultu, quo Lappones Deos prosequuti sunt suos, etiam de antiquo Finnorum cultu, quatenus ad ipsa loca, quibus numina continebantur, sequentia in affirmativam sententiam proferre possumus. Notum est ex antecedentibus, Lappones Numina accepisse sua à Finnis, quod verum evadit de Thoro seu Tiermes/ utique etiam accepisse credendi sunt modum colendi, singulaque ad sacra facienda requirentia. De Lapponibus ex multis magnæ auctoritatis Historicis notum est, quod tugariolis numina sua asservata & antea tenerint, & adhuc teneant, quod ex Thorone, Samuele Rheen patet. Locus, quo Thoronem sive Tiermes coluerunt

Iura

suum, est plerumque à tergo tugurii  
 cuiusque. Eo loco erigunt ex tabu-  
 lis instar mensæ majoris, subnixæ pedi-  
 bus, in qua deinde sacra collocant signa.  
 Mensa hæc instar aræ, apud ipsos, quam  
 arborum ramis ex betulis & pinis, cir-  
 cumdant. Neque minus viam è tuguri-  
 o, ad id sacrarium Thoronis sive Tier-  
 mes ornant, stratis ramis foliisque ar-  
 borum prædictarum. Sic hac de re Sa-  
 muel Rheen The upresa en Läfwa bak  
 för sine Kottar / tre Ulnar hög fråm  
 Jorden / och vpsättia Björck och gran-  
 riks rundt omkring Läfwan. item:  
 The strö och Björckriks alt ifrån sine  
 Kottar in till Läfwan på Marcken.  
 Post Tuguria sua erigunt Tabulatum ad  
 tres ulnas à terrâ distans, circum quod  
 ramos betulinos, atque ex pinu arbore  
 collocant in anebitum, ramis quoque be-  
 tulinis viam sternunt rotam à tugurio ad  
 tabulatum. Tabulatum cuius hic habetur  
 mentio, Lapponibus ara seu potius sca-  
 bellum aut basis est, rami verò betulinii  
 pro Templo seu Fano, ubi signum Ti-  
 ermes sui collocant. Notandum etiam  
 venit, quod illud ipsum, in quo Tiermes  
 col-

collocabatur fano, idem etiam Solis fuerit Templum. Quod dictus Auctor, de sacrificiis Lapponum ubi est sermo, hisce ostendit verbis. *Hvilket the uphengia hak om kottan / ther the och offra Thoren.* Id à tergo rugurii suspendunt, ubi etiam Thoroni sacra sunt. Ceterissimus Schefferus in sua Lapponia de Diis Lapponum paganis, non alio loco Solem venerantur, dicit, quam quo Thoronem, sed utrique sacrificia, in simili mensa, super simili tabulato offerunt.

## §. XI

**C**oronidis loco sacrificia quibus Idola placari sua putarunt notanda veniunt, quæ non nisi Viro administrare licitum erat. Nam Feminam sacrificare non magis fas, quam ad loca accedere sacra, existimabatur. Samuel Rheen: *Ingen Qwinnos Person är losfligt till att offra.* Nulli Multierum sacrificia offerre conceditur. Sacrificia antequam sicut, voluntatem numinis, utrum grata sint nec ne explorant, & quidem instrumento quodam peculiari ipsis Kattinus vocato, tympanis antiquis non præcul ab simili. Hoc illis pulsare necessum est

est, donec indicium per annulum in  
 tympano datum sit, Sacrificia ex rangi-  
 feris vulgo offeruntur, interdum etiam  
 aliis ex animalibus, ut canibus, felibus,  
 agnis & gallinis. Quod quidam Gentis  
 Lapponicae nomine Spirri Nils sic af-  
 firmat, *I Luhla LappMarch dyrckas*  
*Storjunkaren med åthskilliga Offer/*  
*såsom Rattor/ Hundar/ Lamb och*  
*Höns/ In Lappmarkia Lublensi variis*  
*sacrificiis, ut felibus, canibus, agnis & gal-*  
*linis Storjunkaren sacrificant.* Sacri-  
 ficia tempore autumnali plerumque fi-  
 unt, quod hinc colligere non difficile  
 videtur, ait enim proxime nominatus  
 Auctor, som the om Hösten kópa och  
 offra till sina Ásgúðar. Que tempore  
 autumnali emunt Diisque sacrificant suis.  
 Liquet igitur sacrificia solennia autumna-  
 facta fuisse, ob vicinitatem hyemis, no-  
 ctemque diuturnam, quia propitiandam  
 sibi putarunt opem divinam per longas  
 & tenebrosas illas noctes. Forsan haec  
 etiam est causa, quod Thoronem suum  
 seu Tiermes tempore Autumni quotan-  
 nis renovent, quod Spirri Nils ostendit  
 Fortan Dagar för Michaelis  
 Messa

Messa uthugga the sig en ny Trå-Gud.  
 Diebus ante festum Michaelis quatuordecim novum sibi ex ligno sculpunt Idolum.  
 Quam maxime etiam opus est, ut novum hoc fabrefactum Idolum consecratur, mactata enim victima, cruore & adipe, eius Idolum ungunt. Idem  
 Breda wid Trå-Guden slachta the Renen / sedan taga the alla Benen uthur  
 Green / och sinörja ait ö wer sin Gud /  
 håde med Blod och Flott / den de sedan  
 tillika med Benen i Jorden neder-  
 gräfwa. Non procul ab idolo ligneo ran-  
 giferum mactant, è quo exempta omnia  
 legant offa, sanguineque & adipe totum  
 inungunt Idolum. Postremo rangiferum  
 eum offibus in terra defodiunt. Tantum  
 de sacrificiis, quæ prolixius adhuc ex-  
 minari possent, ni paginarum paucitas  
 aliud moneret. Nos æterno Nominis æ-  
 ternas agimus gratias, cuius inestabili gra-  
 tia factum est, ut in hæc incidere licuit  
 tempora, quibus æterni Euangelii lu-  
 ci concessere hæc tenebræ. Conservet  
 nos idem misericordissimus in sua veri-  
 tate dumec ipse venerit, cui sit  
 gloria sempiterna!